et occidite et manducemus et epulemur quia hic filius meus
mortuus fuerat et reuixit perierat et inuentus
eſt. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius
ſenior in agro et cum veniret et appropinquaret
domui audiuit ſymphoniam et chorum et
vocauit unum de ſeruis ſuis et interrogauit eum
quid hec eſſent. Ille aũt dixit illi quia frater tuus
venit et occidit pater tuus vitulum ſaginatum
quia ſalvum eum recepit. Indignatus aũt
noluit introire. Pater ergo illius egreſſus
cepit rogare illum. Qui respondens dixit patri
Ecce tot annis ſeruio tibi et nunquam mandatum
tuum preterii et nunquam dediſti mihi hedum
ut cum amicis meis epularer. Poſtea aũt quam
filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus
venit occidiſti ei vitulum ſaginatum. At ille dixit illi
Fili tu mecum es ſemper et omnia mea tua ſunt
epulari autem et gaudere oportebat quia frater tuus
mortuus erat et reuixit perierat et inuentus
eſt. Dicebat autem et ad diſcipulos ſuos
Homo quidam erat diues qui habebat villicum
et hic diffamatus eſt apud illum tanquam
diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illum
et dixit illi quid hoc audio de te reddere
rationem villicationis tue. Iam enim non poteris
villicare. Ait autem villicus intra ſe quid
faciam quia dominus meus aufert a me villicationem
fodere non valeo mendicare erubeſco. Scio quid
faciam ut cum amotus fuero a villicatione
recipiant me in domos ſuas. Conuocatis
itaque ſingulis debitoribus domini ſui dicebat primo
Quantum debes domino meo. Qui dixit illi
centum cados olei. Et dixit illi accipe cautionem
tuam et ſede cito ſcribe quinquaginta. Deinde
alii dixit quantum tu debes. Qui dixit illi
centum coros tritici. Dicit illi accipe litteras
tuas et ſcribe octoginta. Et laudauit dominus
villicum iniquitatis ſagaciter fecit quia filii
huius ſeculi prudentiores filiis lucis in
generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico
facite vobis amicos de mammona iniquitatis
ut cum defeceritis recipiant vos in eterna
tabernacula. Qui fidelis eſt in minimo et
in maiori fidelis eſt. Et qui in modico iniquus
eſt et in maiori iniquus eſt. Si ergo in
iniquo mammona fideles non fuiſtis quod
verum eſt quis credet vobis. Et ſi in alieno
fideles non fuiſtis quod veſtrum eſt quis dabit
vobis. Nemo ſeruus potest duobus dominis ſeruire
aut enim unum odiet et alterum diligit aut
unum ſuſtinebit et alterum contemnet non
potestis deo ſeruire et mamone. Audiebant
autem omnia hec et phariſei qui erant auari
et deridebant illum. Et ait illis vos eſtis
qui iuſtificatis vos coram hominibus deus
autem novit corda veſtra quia quod hominibus
altum eſt abhominatio eſt ante deum. Lex
et prophete uſque ad iohannem ex tunc regnum
dei evangelizatur et omnis in illud vim facit
Facilius eſt aũt celum et terram preterire
quam de lege unum apex cadere. Omnis qui
dimittit uxorem ſuam et ducit alteram
mechatur et qui dimiſſam a viro ducit
mechatur. Homo quidam erat diues et induebatur
purpura et byſſo et epulabatur cotidie
splendide. Et erat quidam mendicus nomine
lazarus qui iacebat ad portam eius ulceribus
plenus. Et cupiens ſaturari de micis que cadebant
de mensa diuitis et nemo illi dabat ſed et
canes veniebant et lingebant ulcera eius.
Factum eſt aũt ut moreretur mendicus et
portaretur ab angelis in ſinum abrahe. Mortuus
eſt aũt et diues et ſepultus eſt in inferno
Eleuans aũt oculos ſuos cum eſſet in tormentis
videt abraham a longe et lazarum in ſinu eius
Et ipſe clamans dixit pater abraham miſerere
mei et mitte lazarum ut intinguat extremum
digiti ſui in aquam et refrigeret linguam meam
quia crucior in hac flamma. Et dixit abraham
fili recordare quia recepiſti bona in vita tua
et lazarus ſimiliter mala nunc aũt hic conſolatur
tu aũt cruciaris. Et in hiis omnibus inter nos
et vos chaos magnum firmatum eſt ut hii qui
volunt hinc tranſire ad vos non poſſint neque
inde huc tranſmeare. Et ait rogo ergo te pater
ut mittas eum in domum patris mei habeo enim
quinque fratres ut teſtetur illis ne et ipſi
veniant in hunc locum tormentorum. Dicit illi
abraham habent moyſen et prophetas audiant illos
Qui dixit non pater abraham ſed ſi quis ex
mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Dixit
aũt illi ſi moyſi et prophetarum non audiunt
neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent.
Dixit aũt ad diſcipulos ſuos impoſſibile eſt
ut ſcandala non eueniant. Ve aũt illi per quem
veniunt melius eſt illi ſi lapis molaris impoſitus
circa collum eius et proiectus eſt in mare
quam ut ſcandalizet unum de pusillis istis
Attendite vobis ſi peccauerit in te frater tuus
increpa illum et ſi penitentiam egerit dimitte
illi et ſi ſeptie in die peccauerit in te et ſeptie
in die conuertitur ad te dicens penitet me
dimitte illi. Et dixerunt apoſtoli domino adauge
nobis fidem. Dixit aũt dominus ſi habueritis
fidem ſicut granum ſinapis dicetis huic arbori
morꝰ eradicare et tranſplantare in mare et
obediret vobis. Quis aũt veſtrum habens ſeruum
arantem aut pascentem qui regreſſo de agro
dicat illi tranſi ſtatim recumbe. Et non dicit
illi parate quod cenem et accinctus miniſtra
mihi donec manducem et bibam et poſtea
manducabis et bibes tu. Numquid habet gratiam
ſeruo illi quia fecit ea que preceperat ei non
puto. Ita et vos cum feceritis omnia que
preceptꝝ ſunt vobis dicite quia ſerui inutiles
ſumus quod debuimus facere fecimus. Et factum
eſt dum iret in hieruſalem et ipſe tranſiret
per mediam ſamariam et galileam. Et cum
ingrederetur quoddam caſtellum occurrerunt
ei decem viri leproſi qui ſteterunt a longe
et levauerunt vocem ſuam dicentes. Iheſu
preceptor miſerere nobis. Quos ut vidit dixit
illis ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum
eſt dum irent mundati ſunt. Unus aũt ex illis
ut vidit quia mundatus eſt regreſſus eſt cum
magna voce glorificans deum. Et cecidit in
faciem ante pedes eius gratias agens et hic
erat ſamaritanus. Respondens aũt iheſus dixit
nonne decem mundati ſunt et novem ubi ſunt
non inuenti ſunt qui redirent et darent gloriam
deo niſi hic alienigena. Et dixit illi ſurge
vade quia fides tua te ſaluum fecit. Interrogatus
aũt a phariſeis quando veniret regnum dei
reſpondit eis et dixit non veniet regnum dei
obſeruatione neque dicent ecce hic aut ecce illic
Ecce enim regnum dei intra vos eſt. Et dixit
ad diſcipulos venient dies quando deſiderabitis
videre unum diem filii hominis et non videbitis
Et dicent vobis ecce hic et ecce illic nolite
ire neque ſectemini. Nam ſicut fulgur coruſcans
de ſub celo in ea que ſub celo ſunt fulget
ita erit filius hominis in die ſua. Primum aũt
oportet illum multa pati et reprobari a
generatione hac. Et ſicut factum eſt in diebus
noe ita erit et in diebus filii hominis. Edebant
bibebant uxores ducebant uxores dabantur
a viris uſque in diem qua intrauit noe in
arcam et venit diluuium et perdidit omnes.
Similiter ſicut factum eſt in diebus loth
edebant bibebant emebant vendebant plantabant
edificabant. Qua die aũt exiit loth a ſodoma
pluit ignem et ſulphur de celo et omnes
perdidit. Secundum hec erit qua die filius
hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit
in tecto et vaſa eius in domo non deſcendat
tollere illa et qui in agro non reuertatur
retro. Memores eſtote uxoris loth. Quicunque
querit animam ſuam ſalvam facere perdet illam
et quicunque perdiderit animam ſuam vivificabit
illam. Dico vobis in illa nocte erunt duo in
lecto uno aſſumetur et alter relinquetur
duo molentes in unum erunt una aſſumetur
et alter relinquetur duo in agro unus aſſumetur
et alter relinquetur. Et reſpondentes dicunt illi
ubi domine. Qui dixit illis ubi corpus fuerit
illuc congregabuntur et aquile. Dicebat aũt
parabolam illis quia oportet ſemper orare
et non deficere dicens. Iudex quidam erat
in quadam ciuitate qui deum non timebat
et hominem non reuerebatur. Vidua aũt quedam
erat in ciuitate illa et venit ad eum dicens
vindica me de aduerſario meo. Et nolebat
per multum aũt tempus. Poſtea aũt dixit
intra ſe etſi deum non timeo nec hominem
reuereor tamen quia moleſta eſt mihi hec
vidua vindicabo illam ne in nouiſſima veniens
ſugillet me. Ait aũt dominus audite quid
iudex iniquitatis dicit. Deus aũt non faciet
vindictam electorum ſuorum clamantium ad
ipſum die ac nocte et patientiam habebit in
illis. Dico vobis quia cito faciet vindictam
illorum. Verumtamen filius hominis veniens
putas inueniet fidem in terra. Dixit aũt
et ad quoſdam qui confidebant in ſe tanquam
iuſti et aſpernabantur ceteros parabolam hanc
Duo homines aſcenderunt in templum ut orarent
unus phariſeus et alter publicanus. Phariſeus
ſtans hec apud ſe orabat deus gratias ago
tibi quia non ſum ſicut ceteri hominum
raptores iniuſti adulteri velut etiam hic
publicanus. Ieiunio bis in ſabbato decimas
do omnium que poſſideo. Et publicanus a longe
ſtans nolebat nec oculos ad celum levare
ſed percutiebat pectus ſuum dicens deus
propitius eſto mihi peccatori. Dico vobis
deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam
ab illo. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur
et qui ſe humiliat exaltabitur. Offerebant
aũt illi et parvulos ut tangeret illos
quod videntes diſcipuli increpabant illos
Iheſus aũt vocauit eos dicens ſinite parvulos
venire ad me et nolite prohibere talium
enim eſt regnum dei. Amen dico vobis quicunque
non acceperit regnum dei ſicut puer non
intrabit in eum. Et interrogauit eum quidam
princeps dicens magiſter bone quid faciens
vitam eternam poſſidebo. Dixit aũt ei iheſus
quid me dicis bonum nemo bonus niſi unus
deus. Mandata nouiſti non adulterabis non
occides non furtum facies non falſum teſtimonium
dices honora patrem tuum et matrem. Qui
dixit omnia hec cuſtodiui a iuuentute mea.
Quo audito iheſus dixit adhuc unum tibi deeſt
omnia quecunque habes vende et da pauperibus
et habebis theſaurum in celo et veni ſequere
me. Hec audiens contriſtatus eſt quia erat
diues valde. Videns aũt eum iheſus contriſtatum
dixit quam difficile qui pecunias habent in
regnum dei introibunt. Facilius enim eſt
camelum per foramen acus tranſire quam
divitem intrare in regnum dei. Dixerunt aũt
qui audierunt et quis poterit ſalvus fieri.
Qui dixit quia impoſſibilia apud homines
poſſibilia ſunt apud deum. Ecce nos dimiſimus
omnia et ſecuti ſumus te. Dixit aũt eis amen
dico vobis nemo eſt qui reliquerit domum
aut parentes aut fratres aut uxorem aut
filios propter regnum dei qui non recipiat
multo plura in hoc tempore et in futuro
vitam eternam. Aſſumpſit aũt iheſus duodecim
et dixit illis ecce aſcendimus hieroſolymam
et conſummabuntur omnia que ſcripta ſunt
per prophetas filio hominis. Tradetur enim
gentibus et illudetur et flagellabitur et
conſpuetur et poſtquam flagellauerint occident
eum et tertia die reſurget. Et ipſi nichil
horum intellexerunt et erat verbum iſtud
abſconditum a eis et non intelligebant
quecunque dicta ſunt. Factum eſt aũt cum
appropinquaret hiericho cecus quidam ſedebat
ſecus viam mendicans. Audiens aũt turbam
tranſeuntem interrogabat quid hoc eſſet.
Nunciauerunt aũt ei quod iheſus nazarenus
tranſiret. Et clamauit dicens iheſu fili dauid
miſerere mei. Et qui precedebant increpabant
eum ut taceret. Ille aũt multo magis clamabat
fili dauid miſerere mei. Stans aũt iheſus
iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet
interrogauit illum dicens quid tibi vis faciam
Qui dixit domine ut videam. Et iheſus dixit illi
reſpice fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim
vidit et ſequebatur illum magnificans deum.
Et omnis plebs ut vidit dedit laudem deo.
Et intrauit iheriho et perambulabat. Et ecce
vir nomine zacheus et hic erat princeps
publicanorum et ipſe diues. Et querebat videre
iheſum quis eſſet et non poterat a turba quia
ſtatura pusillus erat. Et preccurrens ante
aſcendit in arborem ſycomorum ut videret
illum. Et cum venit ad locum ſuſpiciens iheſus
vidit illum et dixit illi zache feſtinans
deſcende quia hodie in domo tua oportet me
manere. Et feſtinauit et deſcendit et excepit
illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant
dicentes quia apud hominem peccatorem
deuertit manere. Stans aũt zacheus dixit
ad dominum ecce dimidium bonorum meorum
domine do pauperibus et ſi quid aliquem
defraudauerim reddo quadruplum. Ait aũt
iheſus quia hodie ſalus domui huic facta eſt
eo quod et ipſe filius ſit abrahe. Venit enim
filius hominis querere et ſalvum facere quod
perierat. Hec illis audientibus adiciens
dixit parabolam eo quod propius eſſet
hieruſalem et exiſtimarent quod confeſtim
regnum dei manifeſtaretur. Ait ergo homo
quidam nobilis abiit in regionem longinquam
accipere ſibi regnum et reuerti. Vocatis aũt
decem ſeruis ſuis dedit eis decem mnas et
ait ad illos negotiamini dum venio. Ciues
aũt eius oderant eum et miſerunt legationem
poſt illum dicentes nolumus hunc regnare
ſuper nos. Factum eſt aũt ut rediret accepto
regno et iuſſit vocari ſeruos ſuos quibus
dederat pecuniam ut ſciret quantum quiſque
negotiatus eſſet. Venit aũt primus dicens
domine mna tua decem mnas acquiſiuit. Et
ait illi euge bone ſerue quia in modico fidelis
fuiſti eris poteſtatem habens ſuper decem
ciuitates. Et alter venit dicens domine mna
tua fecit quinque mnas. Et huic ait et tu eſto
ſuper quinque ciuitates. Et alius venit dicens
domine ecce mna tua quam habui poſitam
habui in ſudario. Timui enim te quia homo
auſtere es tollis quod non poſuiſti et metis
quod non ſeminaſti. Dicit ei de ore tua te
iudico ſerue nequam. Sciebas quia homo auſtere
ſum tollens quod non poſui et metens quod
non ſeminaui. Et quare non dediſti pecuniam
meam ad menſam ut ego veniens cum uſuris
utique exegiſſem illam. Et aſtantibus dixit
auferte ab illo mnam et date illi qui decem
mnas habet. Et dixerunt illi domine habet
decem mnas. Dico aũt vobis quia omni habenti
dabitur et abundabit ei. Ab eo aũt qui non
habet et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen
inimicos meos illos qui noluerunt me regnare
ſuper ſe adducite huc et interficite ante me.
Et cum hec dixiſſet precedebat aſcendens
hieroſolymam. Et factum eſt cum appropinquaret
bethphage et bethanie ad montem qui vocatur
oliueti miſit duos de diſcipulis ſuis dicens
ite in castellum quod contra eſt in quo intrantes
inuenietis pullum aſine alligatum cui nullus
hominum unquam ſedit ſolvite illum et adducite.
Et ſi quis vos interrogauerit quare ſolvitis
ſic dicetis ei quia dominus eius opus habet.
Abierunt aũt miſſi et inuenerunt ſicut dixerat
illis. Solventibus aũt illis pullum dixerunt
domini eius ad illos quid ſolvitis pullum.
Qui dixerunt quia dominus eius opus habet.
Et duxerunt illum ad iheſum et iactantes
ſua vestimenta ſuper pullum aſcenderunt
iheſum. Et dum iret ſternebant vestimenta
ſua ſub pedibus eius. Et cum appropinquaret
iam ad deſcensum montis oliueti cepit omnis
turba diſcipulorum gaudere laudare deum
voce magna ſuper omnibus quibus viderant
virtutibus dicentes benedictus qui venit
rex in nomine domini pax in celo et gloria
in excelſis. Et quidam phariſeorum de turba
dixerunt magiſter increpa diſcipulos tuos.
Et reſpondens ait illis dico vobis ſi hii
tacuerint lapides clamabunt. Et ut appropinquauit
videns civitatem flevit ſuper illam dicens
quia ſi cognouiſſes et tu quidem in hac die
tua que ad pacem tibi nunc aũt abſcondita
ſunt ab oculis tuis quia venient dies in te
et circumdabunt te inimici tui vallo et
circumdabunt te et coangustabunt te undique
et ad terram prosternent te et filios tuos
qui in te ſunt et non relinquent in te lapidem
ſuper lapidem eo quod non cognouiſti tempus
viſitationis tue. Et introiens in templum
cepit eiicere vendentes in illo et ementes
dicens illis ſcriptum eſt quia domus mea
domus orationis eſt. Vos aũt feciſtis illam
speluncam latronum. Et erat docens quotidie
in templo. Principes aũt ſacerdotum et
ſcribe et principes populi querebant illum
perdere et non inueniebant quid facerent
omnis enim populus ſuſpendebatur audiens
illum. Et factum eſt in una dierum docente
eo populum in templo et euangelizante
conſtiterunt principes ſacerdotum et ſcribe
cum ſenioribus et dixerunt ad eum dicentes
dic nobis in qua potestate hec facis aut quis
eſt qui dedit tibi hanc potestatem. Reſpondens
aũt iheſus dixit ad illos interrogabo et ego
vos unum verbum et reſpondete mihi. Baptiſma
iohannis de celo erat an ex hominibus.
At illi cogitabant apud ſe dicentes quia ſi
dixerimus de celo dicet quare non credidiſtis
illi. Si aũt dixerimus ex hominibus plebs
universa lapidabit nos certi enim ſunt iohannem
prophetam eſſe. Et reſpondentes dixerunt
nescire unde eſſet. Et iheſus ait illis neque
ego dico vobis in qua potestate hec facio.
Cepit aũt ad plebem hanc parabolam dicere
homo quidam plantauit vineam et locauit eam
agricolis et peregre fuit temporibus multis.
Et in tempore miſit ad agricolas ſeruum ut
de fructu vineę darent ei quem cedentes
et dimiſerunt eum inanem. Et alium miſit
ſeruum illi aũt cedentes et contumelia
affectum miſerunt inanem. Et tertium miſit
illi aũt et hunc vulnerantes eiecerunt.
Dixit aũt dominus vinee quid faciam mittam
filium meum dilectum forſitan cum hunc
viderint verebuntur. Videntes aũt eum agricole
cogitabant inter ſe dicentes hic eſt heres
occidamus eum ut noſtra fiat hereditas.
Et eiecerunt eum extra vineam et occiderunt.
Quid ergo faciet illis dominus vinee veniet
et perdet agricolas illos et dabit vineam
aliis. Quod audientes dixerunt abſit. Ille
aũt intuens eos ait quid ergo eſt hoc quod
ſcriptum eſt lapidem quem reprobauerunt
edificantes hic factus eſt in caput anguli.
Omnis qui ceciderit ſuper lapidem illum
conquaſſabitur ſuper quem aũt ceciderit
conteret eum. Et querentes principes ſacerdotum
et ſcribe manus iniicere in illum in ipſa hora
et timuerunt populum cognouerunt enim quia
ad ipſos parabolam hanc dixerit. Et obſervantes
miſerunt inſidiatores qui ſe iuſtos fingerent
ut caperent eum in ſermone ut traderent illum
principatui et potestati preſidis. Et interrogauerunt
eum dicentes magiſter scimus quia recte dicis
et doces et non accipis perſonam ſed in veritate
viam dei docet. Licet nobis tributum dare
cesari an non. Conſiderans aũt dolum illorum
dixit ad eos quid me tentatis oſtendite mihi
denarium cuius habet imaginem et ſuperſcriptionem.
Reſpondentes aũt dixerunt cesaris. Et ait
illis reddite ergo que ſunt cesaris cesari et
que ſunt dei deo. Et non potuerunt verbum
eius reprehendere coram populo et mirati
in reſponſo eius tacuerunt. Accedentes aũt
quidam de ſadducęis qui negant reſurrectionem
eſſe interrogauerunt eum dicentes magiſter
moyſes ſcripſit nobis ſi cuius frater mortuus
fuerit habens uxorem et hic ſine liberis fuerit
ut accipiat frater eius uxorem illius et ſuſcitet
ſemen fratri ſuo. Septem ergo fratres erant
et primus accepit uxorem et mortuus eſt ſine
liberis. Et ſecundus et tertius accepit illam
et ſimiliter et omnes ſeptem non dimiſerunt
ſemen et mortui ſunt. Noviſſima omnium et
mortua eſt et mulier. In reſurrectione ergo
cuius eorum erit uxor. Omnes enim habuerunt
illam uxorem. Et ait illis iheſus filii huius
ſeculi nubunt et nubentur. Qui aũt digni habebuntur
ſeculo illo et reſurrectione ex mortuis neque
nubent neque uxores ducent neque enim mori
poterunt amplius equales enim angelis ſunt
et filii ſunt dei cum ſint filii reſurrectionis.
Quod aũt mortui reſurgant et moyſes oſtendit
ſecus rubum ſicut dicit dominum deum abraham
et deum iſaac et deum iacob. Deus aũt non eſt
mortuorum ſed viuorum omnes enim vivunt
ei. Reſpondentes aũt quidam de ſcribis dixerunt
magiſter bene dixiſti. Et amplius non audebant
eum interrogare quicquam. Dicunt aũt christum
filium dauid eſſe. Et ipſe dauid dicit in libro
pſalmorum dixit dominus domino meo ſede a
dextris meis donec ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuorum. Dauid ergo dominum
eum vocat et unde filius eius eſt. Audiente
aũt omni populo dixit diſcipulis ſuis attendite
a ſcribis qui volunt ambulare in ſtolis et
amant ſalutationes in foris et primas cathedras
in ſynagogis et primos diſcubitus in cenis
qui devorant domos viduarum ſimulantes
prolixe orationes. Hii accipient maius iudicium.
Sedit aũt iheſus contra gazophilacium et
videbat quomodo turba iactaret es in gazophilacium
divites aũt multi iactabant multa. Et cum
venit vidua quedam pauper et miſit duo minuta
et dixit vere dico vobis quia vidua hec pauper
plus quam omnes miſit. Omnes enim hii ex
abundanti ſibi miſerunt in munera dei. Hec
aũt de penuria ſua omnem victum quem habuit
miſit. Et quidam dicebant de templo quod
lapidibus bonis et donis ornatum eſt. Dixit
aũt hec venient dies in quibus non relinquetur
lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.
Interrogauerunt aũt eum dicentes magiſter
quando ergo hec erunt et quod ſignum cum
futura ſint hec. Ille aũt dixit videte ne
ſeducamini multi enim venient in nomine meo
dicentes quia ego ſum et tempus appropinquauit
nolite ergo ire poſt eos. Cum aũt audieritis
prelia et ſeditiones nolite terreri oportet
enim hec primum fieri ſed non ſtatim finis.
Tunc dicebat illis ſurget gens contra gentem
et regnum adversus regnum. Terremotus aũt
magni erunt per loca et peſtilentie et fames
terroreſque de celo et ſignum magna erunt.
Antequam aũt hec omnia fiant inicient vobis
manus ſuas et perſequentur tradentes in
ſynagogas et custodias trahentes ad reges
et preſides propter nomen meum. Continget
aũt vobis in teſtimonium. Ponite ergo in
cordibus veſtris non preconſiderare quemadmodum
reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os et
ſapientiam cui non poterunt reſiſtere et
contradicere omnes adverſarii veſtri. Tradentur
aũt a parentibus et fratribus et cognatis
et amicis et morte afficient ex veſtris et
eritis odio omnibus propter nomen meum.
Et capillus de capite veſtro non peribit.
In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.
Cum aũt videritis circumdari ab exercitu
hieruſalem tunc ſcitote quia appropinquauit
deſolatio eius. Tunc qui in iudea ſunt fugiant
ad montes et qui in medio eius diſcedant et
qui in regionibus non intrent in eam quia
dies ultionis hii ſunt ut impleantur omnia
que ſcripta ſunt. Vę aũt pregnantibus et
nutrientibus in illis diebus erit enim pressura
magna ſuper terram et ira populo huic et
cadent in ore gladii et captivi ducentur in
omnes gentes et hieruſalem calcabitur a gentibus
donec impleantur tempora nationum. Et erunt
ſignum in ſole et luna et ſtellis et in terris
pressura gentium preſtantium confuſione ſonus
maris et fluctuum aridis hominibus pre timore
et expectatione que ſuperuenient universo
orbi. Nam virtutes celorum movebuntur et
tunc videbunt filium hominis venientem in
nube cum potestate magna et maieſtate. Cum
aũt fieri incipiunt hec videte et levate capita
veſtra quia appropinquat redemptio veſtra.
Et dixit illis parabolam videte ficulneam
et omnes arbores cum producunt iam fructum
ex ſemetipſis intelligentes videtis et ſcitis
quia prope eſt eſtas ita et vos cum videritis
hec fieri ſcitote quia prope eſt regnum dei.
Amen dico vobis quia non tranſibit generatio
hec donec omnia fiant. Celum et terra tranſibunt
verba aũt mea non tranſibunt. Attendite aũt
vobis ne forte graventur corda veſtra in
crapula et ebrietate et curis huius vite et
ſuperueniat in vos ſubitus dies illa. Tanquam
laqueus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent
ſuper faciem omnis terre. Vigilate aũt omni
tempore orantes ut digni habeamini fugere
ista omnia que futura ſunt et ſtare ante
filium hominis. Erat aũt docens in templo
exiens aũt hoc nocte morabatur in monte
qui vocatur oliueti. Et omnis populus manicabat
ad eum in templo audire eum. Erat aũt dies
feſtus azimorum et phaſe. Et querebant principes
ſacerdotum et ſcribe quomodo eum interficerent
timebant aũt populum. Intrauit aũt ſathanas
in iudam qui cognominabatur iſcariothis
unum de numero duodecim. Et abiit et locutus
eſt cum principibus ſacerdotum et magiſtratibus
quemadmodum illum traderet illis. Et confeſi
ſunt et pacti ſunt pecuniam illi dare. Et
ſpopondit et querebat opportunitatem ut
traderet illum ſine turba eis. Venit aũt dies
azimorum in qua necabatur phaſe. Et miſit
petrum et iohannem dicens euntes parate
nobis phaſe ut manducemus. Qui dixerunt
ubi vis paremus tibi. Et dixit illis ecce
introeuntibus veſtris in civitatem occurret
vobis homo amphoram aquę bajulans ſequimini
eum in domum in qua intrat et dicetis patri
familias domus dicit tibi ubi eſt refectio
ubi phaſe cum diſcipulis meis manducem.
Et ipſe oſtendet vobis cenaculum grande
ſtratum et ibi parate. Euntes aũt invenerunt
ſicut dixerat illis et paraverunt phaſe.
Et cum facta eſſet hora diſcubuit et duodecim
apoſtoli cum eo. Et ait illis deſiderio deſideravi
hoc phaſe manducare vobiſcum antequam patiar
dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud
donec impleatur in regno dei. Et ſuſcipiens
calicem gratias egit et dixit accipite et
dividite inter vos. Dico enim vobis quia non
bibam de generatione vitis donec regnum dei
veniat. Et accepit panem gratias egit et
fregit et dedit eis dicens hoc eſt corpus meum
quod pro vobis datur hoc facite in meam
commemorationem. Similiter et calicem poſtquam
cenatum eſt dicens hic calix novum teſtamentum
in ſanguine meo qui pro vobis fundetur.
Verumtamen ecce manus tradentis me mecum
eſt in menſa. Et quidem filius hominis ſecundum
quod diffinitum eſt vadit verumtamen vę homini
illi per quem tradetur. Et ipſi cepit quęrere
inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet.
Facta eſt aũt et contentio inter eos quis
eorum videretur eſſe maior. Et dixit illis
reges gentium dominantur eorum et qui
potestatem habent ſuper eos benefici vocantur.
Vos aũt non ſic ſed qui maior eſt in vobis
fiat ſicut minor et qui preceſſor eſt ſicut
miniſtrator. Nam quis maior eſt qui diſcumbit
an qui miniſtrat nonne qui diſcumbit ego aũt
in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat.
Vos aũt eſtis qui permanſiſtis mecum in
temptationibus meis et ego diſpono veſtrum
ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum ut
edatis et bibatis ſuper mensam meam in regno
meo et ſedeatis ſuper thronos iudicantes
duodecim tribus iſrahel. Dixit aũt dominus
ſimon ſimon ecce ſathanas expetiuit veſtrum
ut cribraret ſicut triticum. Ego aũt rogavi
pro te ut non deficiat fides tua et tu aliquando
conuerſus confirma fratres tuos. Qui dixit
illi domine tecum paratus ſum et in carcerem
et in mortem ire. Et ait illi dico tibi petre
non cantabit hodie gallus donec ter abneges
me nosse. Et dixit illis quando miſi vos
ſine ſacculo et pera et calciamentis numquid
aliquid defuit vobis. At illi dixerunt nichil.
Dixit ergo illis ſed nunc qui habet ſacculum
tollat ſimiliter et peram et qui non habet
vendat tunicam ſuam et emat gladium. Dico
enim vobis quoniam adhuc hoc quod ſcriptum
eſt oportet impleri in me et cum iniquis
reputatus eſt. Etenim que de me ſcripta ſunt
finem habent. Illi aũt dixerunt domine ecce
gladii duo hic at ille dixit ſatis eſt. Et
egreſſus ibat ſecundum conſuetudinem in montem
oliueti. Secuti ſunt aũt illum et diſcipuli.
Cum aũt venit ad locum dixit illis orate ne
intretis in temptationem. Et ipſe aũt abſceſſit
avulſus ab eis quantum jactus eſt lapidis
et poſitis genibus orabat dicens pater ſi
vis transfer calicem iſtum a me verumtamen
non mea voluntas ſed tua fiat. Apparuit aũt
illi angelus de celo confortans eum et factus
in agonia prolixius orabat. Et factus eſt
ſudor eius ſicut guttę ſanguinis decurrentis
in terram. Et cum ſurrexiſſet ab oratione
venit ad diſcipulos ſuos et invenit eos
dormientes pre triſtitia. Et dixit illis quid
dormitis ſurgite et orate ne intretis in
temptationem. Adhuc eo loquente ecce turba
et qui vocabatur iudas unus de duodecim
antecedebat eos et appropinquauit iheſu ut
oſcularet eum. Iheſus aũt dixit illi iuda
oſculo filium hominis tradis. Videntes aũt
qui circa eum erant quod futurum erat dixerunt
domine ſi percutimus in gladio. Et percuſſit
unus ex illis ſeruum principis ſacerdotum
et abſcidit auriculam eius dexteram. Reſpondens
aũt iheſus ait hactenus uſque huc. Et cum
tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum. Dixit
aũt iheſus ad principes ſacerdotum et magiſtratus
templi et ſenes qui venerant ad eum quaſi
ad latronem cum gladiis et fuſtibus. Cotidie
vobiſcum eram in templo et non extendiſtis
manus in me ſed hec eſt hora veſtra et potestas
tenebrarum. Comprehendentes aũt eum duxerunt
et introduxerunt in domum principis ſacerdotum.
Petrus aũt ſequebatur a longe. Et cum accenſiſſent
ignem in medio aule et circumſediſſent ſimul
erat petrus in medio eorum. Quam cum vidiſſet
quedam ancilla ſedere ad lumen et eum fixiſſet
intuitu dixit et hic cum illo erat. Ille aũt
negauit eum dicens mulier non novi illum.
Et paulo poſt alius videns eum dixit et tu
ex illis es. Petrus aũt ait homo non ſum.
Et intermiſſa quaſi hora una alius quidam
affirmabat dicens vere et hic cum illo erat
nam et galileus eſt. Et ait petrus homo
nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo
loquente cantauit gallus. Et conuerſus dominus
reſpexit petrum et recordatus eſt petrus
verbi domini ſicut dixerat illi quia priuſquam
gallus cantet ter me negabis. Et egreſſus
foras flevit amare. Et viri qui tenebant illum
illudebant illi et percutientes velabant eum
et interrogabant dicentes prophetiza quis
eſt qui te percuſſit. Et alia multa blaſphemantes
dicebant in eum. Et ut factus eſt dies
congregatum eſt ſenium populi principes
ſacerdotum et ſcribe et duxerunt illum in
concilium ſuum dicentes ſi tu es chriſtus dic
nobis. Et ait illis ſi vobis dixero non credetis
mihi ſi aũt et interrogauero non reſpondebitis
mihi neque dimittetis. Modo aũt erit filius
hominis ſedens a dextris virtutis dei. Dixerunt
aũt omnes tu ergo es filius dei. Ille aũt ait
vos dicitis quia ego ſum. Et ait illi quid
adhuc habemus teſtimonium quid enim opus
habemus teſtimonium ipſi enim audiuimus
de ore eius. Et ſurgens omnis multitudo eorum
duxerunt illum ad pilatum. Ceperunt aũt illum
accuſare dicentes hunc invenimus ſubvertentem
gentem noſtram et prohibentem tributa dare
cesari et dicentem ſe chriſtum regem eſſe.
Pilatus aũt interrogauit eum dicens tu es
rex iudeorum. Ille aũt reſpondens ait illi
tu dicis. Pilatus aũt dixit ad principes
ſacerdotum et turbas nichil invenio cauſe
in homine hoc. Illi aũt invalebant dicentes
quia commouet populum docens per univerſam
iudeam incipiens a galilea uſque huc. Pilatus
aũt audiens galileam interrogauit ſi homo
galileus eſſet. Et ut cognouit quod de
potestate herodis eſſet remiſit eum herodi
qui et ipſe hieroſolymis erat illis diebus.
Herodes aũt viſo iheſu gaviſus eſt valde
erat enim cupiens ex multo tempore videre
eum propter ea que audierat de eo et ſperabat
ſignum aliquod videre a eo. Interrogabat
aũt eum multis ſermonibus at ipſe nichil
illi reſpondebat. Aſtabant aũt principes
ſacerdotum et ſcribe conſtanter accuſantes
eum. Sprevit aũt illum herodes cum exercitu
ſuo et illuſit indutum veſte alba et remiſit
illum pilato. Facti ſunt aũt amici herodes
et pilatus in ipſa die nam antea erant inimici
ad invicem. Pilatus aũt conuocatis principibus
ſacerdotum et magiſtratibus et plebe dixit
ad illos obtuliſtis mihi hominem hunc quaſi
avertentem populum et ecce ego coram vobis
nullam cauſam inveni in homine hoc ex his
in quibus eum accuſatis. Sed neque herodes
iud

et ete remisit et sic eam gram accepit
aliud viaq; facit vt ad eat amatq; ad officio
ipm in sua tabernacula recipiant et fram q̄
ad ultimu persequat dicit ps. q̄ritu debes dño
meo tertio adhuc alia scripe qd cautionē
tua et sede q̄cito et scribe octoginta ꝛc. Dño qd suus hec
audito rem de prudentia emendauit. eplus
enim a filiis docet. De alieno largiri et de
mammona iniquitatis amicos sibi pauperes nobis
facere et ad defectum nos posse in eterna
tabernacula recipere. ¶ Verba salubria
illa pallidi exponunt et ea ac dictum xpi
mihi dicat. Vir iste a vitijs nō quibus
habet a deo alicui villicatu habet ad mistere
bona fortuita et nō. Quid ei habes bonum
quod non accepisti. j. cor. iiij. Homo ei ad
ministrede sensuū corporaliū vel bonoꝝ spaliū
nō e nisi villicus dei. cū qd nichil sit quibus i mā
te talē villicationem pōt. ꝓ dñi actu dicunt
de remedio studē. Sciendū qd de bonis nob
missis. De spalibus pauperibus bñfacere et sic que
nob dñi remittā vt pq mortē ipi villicati
et spaliū administratione amittamus vbi
non est prudentia i bñ operandi et vbi est
verecundia in ipso degere. possunt isti pau
peres quibus in hoc mundo bñfacimus in celes
tibus tabernaculis nos recipere et sicut
si faciamus dño nos emendabit. et ejus iste
bona non sunt nisi ei portio sua si mihi ela
faciamus ipse dño applicabit. Ignis de mammona
iniquitatis inducit de vniuersis amicis et
pauperes et sedes sibi fiunt vt i eoꝝ tabernaculis
i mundo celeste qs ē pauper meliꝰ ac
cipit eternitate. ¶ Homo quidā erat diues et induebat
purpura et bisso et epulabat̄ cotidie
splendide. Ds tamen nūq tacebat qui cupi
ebat saturari de micis q̄ cadebat de mensa
ei. et nemo ei dabat. et veruntamen canes
et lingebant vlcera eius. Ait. qd diues et la
zarꝰ mortui sunt. lazarꝰ in sinu abrahe
fuit. pcipue diues in inferno sepultus. qm qd
diues q̄ erat in tormentis oculos leuauit. et
lazarē in sinu abrahe vidit. guttā aque
at lingue refrigerio p lazarē fieri vluenti
contemplatur sibi dari precit. Quia in
abrahā sibi non creditit. Mittit mihi lazarē
qui intingat extremū digiti in aqua et re
frigeret linguā meā qm crucior in hac flāma
Fili inquit abrahā recordare qm recepisti bona
in vita tua. hic aut mala. hic at consolat
tu aut cruciaris. Diues at se nō ex
audito videns q̄ filiis suis qui i mundo man
serat vt ad eos mitteret lazarꝰ nō rogat.
mitte inquit lazarē q̄nq; fratribus meis ne et ipi
veniant in hūc locū tormentoꝝ. que q̄ abrahā
audiuit. ei sibi dixit. habet moysen et ꝓphetas
audiant illos ꝛc. ¶ Ista parabola ad multa ꝑt
applicat. Allegat. et q̄ iudicium sine misa fiet illi
qui nō fecit misas. sta iste an passi miās fecit
lazaro non facit. ꝓ an indiget nulla misa
ꝓcessit. nisi ei. Deus obturat aures suas
ad clamorē pauperis etiamsi ipe ex nō ex au
dientia. Item ista pōt allegari q̄ extrema gaudij
luctus occupat. et qd deus pq tempestiue misericordiā
facit. nisi in. et thob. ij. Diues. i. fudat i epulis
et vestibus pciosis. posteq; et i flāmis et supplicijs. lazarꝰ vero qui fudat in dolore positus et
ad abrahā in gaudio recubuit. Lu. i. et suientes
ipsaui bonis et diuites ꝛc. ¶ Vel applicat ad
occultū dei ordinationē vel predestinationē
q̄ diuisidē valat multos dare et illos qui nouit
malos nō dampnandos dat sic ysaias etiam
illis vero quos scit futuros saluandos dat adul
terata. nulla ad eam allegat abrahā de
dampnatione diuitis n̄ qui accepit bona in
vita sua. lazarꝰ et mala et ideo mortem
debet et apostata ymitari asserit. De isto ei
diuite non legit q̄ fuit raptor vel fornica
tor vel superbus. ꝑ solū qd diues et epulo de
lazaro aut nam q̄ aliqd bō fecit ꝑ solū qd
misit. Timeat qd diuites et adhuc dico ti
meat qd sedet patrat signū dampnatis. letet
pauper qd sedet habet signū saluandi.
Iste ambo sic diuersis tpaliū dapnatoꝝ
et mediaꝝ et vi. Bonus pauper qd ppter
ragnū calore et qd ig difficile ē diuitem
intrare in regnū celeste ꝛc. ¶ Vel dic q̄ qñq;
contingit ab illo in adiec auxiliū petere qua
homo in passis nō dignabat. respicit diues
ad ista et lazarē sibi auxiliū dari precit q̄
languentē ad guttā non respexit. ¶ Vel
dic q̄ homo debet semp de amicis suis cōsu

et de eorū dampnacione dicit. Sicut ille qui in tormentis positus petebat liquefieri ad fl'es smith. magis volens sibi poni q̄ sibi non fuisse dampnationem videre. Ca'm 14'm

Oclauri erudit. ꝙ dicit Ieron. supplicantes q̄ sumpserūt ab ipo ihesu. precipue iquit omisse mi cuidā misereri precepit q̄ in cruce pro suis persecutoribus oravit. Et ait tibi omnes dicit. vng ait ad illū q̄ semel tang ad sua mundauit. vng ait ad illū q̄ septies ad dñm. Et ego tibi dico. alij vero nouē q̄ debuerūt ad cenā nuptiarū. sed respondit. Nonne decem mundati sūt. et nouē vbi sūt. Non fuit qui rediret et daret gloriā deo nisi hic alienigena. Dic q̄ tibi ad sacerdotes mittit. aliud ē spūalit̄ q̄ de peccō confitet. et penā exhibet. aliud sic q̄n dicit lepra. i. peccat. q̄ dicit plage tue misericordes. et ejus misericordibus sunt corrupti voluit a lepr vicioz pusillos mundos ad exām p eosdem et p venie ipetracionem. nec p confessionē. et ad sacerdotes q̄si tendit. q̄dā ambulat. et tūc de solid ad sacerdotes mittit. et de solid confitet. q̄nat a culpa culpa tñ dñs. Exceptis nouē. q̄ confessio sequat̄ exceptis in culpa pestima relabunt. Sola enī contritio ad gr̄am q̄situ pena tollit. et gr̄ia restituit. ꝓ ē dixi q̄ sibi

Vel allegā ista q̄ alienigena. reuelatis et lepra. et alteri. melius z gratiarū deo de collatis bñficijs q̄ reuelatus. et eleri q̄ ipi deuote ad dñm reuertit̄. illi vō optenet beneficijs tpalibz et spūalibz p̄cedē. dubit̄ ejus in sua ingratitudine turpiter ap̄bat.

Dolens dño conditione dei iudicij derelicte. et q̄ ignote. et subito veniet dicit. Sicut fulgur. de oriente apparet. sic est aduentus filij hois. sicut in diebz noe hoies edebant. bibebant. vendebant. et emebat. et de diluuio non credebāt. q̄s si diluuiū subito venit. quod forsan dñs subtrahit. et voluit dic. igit est de die iudicij. et subiungit. q̄ tūc erunt duo in lecto vno. duo in agro vno. duo molentes in mola vna. et de illis vng assumet. et alij relinquet̄. Illud allegā quo sudinū

et exhemā tribulatio horū q̄ sit ingrata. et ō causā q̄ndā allegā quō de quodā statu aliqui erūt saluati. et alij dampnati. dicā de illo qui sit in horto. et in statu quieto. et contemplatiuo. et de illo qui sit in agro. i. in labore mundano negociatiuo. et de illis qui molent. i. molā vnā. i. vitā q̄mundane quietis. et illis. vng assumet. et alter. relinquet̄. aliqui saluabunt. alij dampnabunt. aliq̄ a deo aliquā. et alij tamē. sicut ipi ꝓpriet̄ dicit. Et erunt de omni statu et gradu alicui sic boni. alij mali. Ca'm 15'm

De eodē ꝓte. q̄ dicit. q̄ subito. i. annuali

Hic ponit̄ de vidua q̄ apud iudicē inquietat se vindicta ab adūsario petebat. Quod iudex diu differt. non tñ iustitiā sic ꝓ ipotentia. sed ꝓ

Hec ꝓ applicat̄ in ad instantia. ꝙ ꝙ si iniquus iudex ꝓ importunitate vidue iustitiā fecit. multo forti deus ꝓ eadē ꝙ cia velit quod iuste petit̄ concedē. vēdicta de suis. i. de amicis qui patebat tā pacē ꝓm. i. tēpi. et ꝙ instā oportune. i. oportuno

De phariseo q̄ se iustificabat. et publicanū detrahebat. et bona sua ad deo retulit. dicit. Non sic sicut cetteri hoīes. i. cap tores. adulteri. sicut etc. q̄ publicanus qui vno bis in sabbato. et de publicanis que possidet partē sui mali. ipetebat. ꝙ ne oculos ad celū ad celū assumebat. dicit. q̄ publicanus iustificatus recessit. q̄ tu non dicit de phariseo ꝙ ipse

Iste pbt exceptuat. allegā. q̄ pleq̄ plicat deo humilitas pcedit. q̄ secundū ꝙ assumptio meritū a deo acceptabile. precedit offensa penitēcie. et ipe vilitate detestatio. et ex cōsideratione culpe natā iudicio. q̄ illius qui medij talis. deliqt arrogantia cuiusdā ipe assumpt. alios. et ipsius optimo se. dicit. qui se iudicat. et alios illud ꝓpriū arridit. i. religione vbi q̄ quod phariseus. i. q̄ se ratio reputat magis iustos. et videt alios publicanos. i. alios qui ad deliqt. Dato q̄ ipm videt pū telle. et imas. i. plorare. in ipm solet cō

tempne et adhortari et se ei offere ad
datrestat. et tu apud deū magē diligis
ste presumptu qre frugalit nō aver
tus apud deū magē q̄ alij reputat
lu. 12. Audiui dñe dei sp̄m vnū p
cutat q̄ s. qq. iustis. qui nam diget prima

Quodā die ihesu in Jherico hō pncps
quida publicanoz ditissim
querebat videre ihesū se dare
et non poterat p turba qa statura pusillus
erat et ascendit in arborē sicō
morē vt videret eū quia inde erat transitur
Ihesus q̄ vidit dixit ad eū
sacchee festinans descende qa hodie
in domo tua oportet me manere et cū festi
nāter descendit et eū gaudens in domū sua
recepit et cū q̄ hoc ad dñm ita quesiss
a q̄ dimidiū bonoz suoz dedit pauperib
et si quē defraudauerat in q̄drupl sibi
restituit p̄misit d. hodie domui huic
facta est de pauperib et si q̄ defraudauit ea
de quadruplū Iste q̄dē sacchēus intelli
gunt quida simplices boni fidēles qui i
fra et malicia sp̄ pusillꝰ et qui dato q̄
ihesū p̄ conplacare vide cupiant
turba in populacionē negotioz sp̄ aliq̄ mo
pedim p̄ eo turba mercatoribus eos vt
tardent hoc pot fieri q̄ tales vlt vies
suas conat et ad videndū ihesū et ad ei
placiandū spūalē sublimare ascendūt
in arborē auras p passionis contemplacionē
et sic videre ihesū p simplicē deuocionē
Zach q̄ p̄ primus filius syon et videre
regem. deus vero bona nr̄a et simplicē
affectū intuēs in domū eoz p̄ gratiam
descendit et eos totaliter ad bonū excepit
et gustū q̄ aliena restituūt et bona sua
pauperib sūt et adūte q̄ iste ex gratia
hoc bonū eleemosinariū qui nō parcit
et dicit qui modicū non dat nō dat de
modicis bonoz q̄ distractat indigentib nō
diuitib bona sua dispensat de pauperib
qui aliqs sua int̄ et dapna restituit de
et q̄ defraudauit duplū q̄ sūpsit et ista
dilatā si vis Volēs dñs intrare ihēm

precepit pullū asine alligatū sup q̄ nullus hoīm
sedit solui et sibi adduci sic q̄ ciuitatē ihēm
intrauit in quo introitu sp̄m puerorū collegiū
honorauit et assiduē exercēs clamabat alij pal
lantes ramos de arboribus eiusdē sibi aduia
prosternūt et alij vestimenta sua ystrionū et
sp̄m honorifice recipiunt sp̄m in vidua sine cito
pq̄ hoc ordinem Ecclia allegat quotiēs
voluit ciuitatē ihēm intrare a padisu et
ubi a puerīs gaudēs et ab angelis honorē et
recipe. Debet nō superbe gaudē si prono super
pullū asine quasi a dñō quide labēs gaudet
et humiliter et pacē q̄d et sic ad ea
patrē intrāte et ibīs gaudēs recipi et ve
nit nullus eum in celestē ihēm ad honorē
suscipiē nisi q̄ sup azimū et ad humilitatē et
pacē illic sūt Dūm is qui se gloriat gaudeat
Vel dic q̄ xp̄us salui illos spūales ostēdit
et sibi applicat quos pullos asine et gladius
et patientes ad cognoscit et qs i mundo
alligatos vinculis mandatoz videt et sup
quos nullus sedit et quos nullus dominus et vi
ctorē subiecit Talēs finaliē a penis et a labo
ribus suis soluit et eos in celestē ihēm adduc
Vel dic q̄ dñs xp̄s vult i ihēm et i nobis spūales nras
venit sp̄m debemus honorificē recipe vestimenta
virtutū bonoz quib ad effectū eiusdē et ea
mitra et misericordie ad pauperes p elemosinas de
pona et cū ramis aliunde et ad pietatis opib
aliōde aliūde et gradib acquirendo de spūali visi
tatione sua dēmq̄ videbit q̄ venit i nōe dñi
montalis clamare et q̄ ipsum monet i p̄te
ecclie i altissimis meis et videre Vel dic q̄ xp̄s
fuit honorificē in ihēm recipiē et tri cito pq̄ ei
ciuitatē aperta et ornata et edificata et ecclīa. pl na
tari q̄ ecclīa gaudij lucrū accipiat et q̄ ciues
quiq̄ mundi illos quos xp̄s in latere solet re
cipe domib et honoribus exhibēd solet q̄dq̄ cito
p̄ mestē et infortunia expellūt et cruciatib
et penis et crudelitatib subiugand. Zach. 9. Ecce rex tuus
venit tibi et gadie apprehendit eum dicēs Judei cū
diabolo xp̄o q̄ pueros clamantes ypocrite q̄ asinam
montanā dñi. Vel dic q̄ quidā clamabāt
Hoc allegat q̄ quis i ecclīa clamare scriptura dei

laudantes ut qdā de ipis lapidibꝫ i templo
dixit et obstupuit prudibꝫ ihesum dicentes
Deū magnificāt et qm altare luce. Potest
de lapidibꝫ suscitare filios abrahe. Illa q̄ sequit
de .v. virginibꝫ vide .xi. xxi. vbi agit de talentis
Illa q̄ sequit de .xx. vide .xxi. et .xxii. CAP. 20.

QDam quada die in templo multi multa
ponebant et assidue intro. cor suum q̄dā
paupercula vidua .ii. minuta
gazophilacium mittebat. Et ego videns dixi ipsam
alijs plura et donū suū cotidie mittebat
Deus vidua pauperula pro qꝫ ideo mi
sit. qui ceteros qui habundancia sibi miserunt. Et adhuc
victū qui habebat misit. Ut allegat
q̄ deus in electionis et operibꝫ ut agricola magis
attendit affectū q̄ effectū et magis cogitat
voluntate q̄ opis quantitate. qm magis q̄ totum
illud quod homo dat deo nr̄i q̄ qd dat opu
lanter et plene quod cuiq̄ apud homines debz
da q̄ magis debz homo diligere et pro peccatis
multa annis pauperis q̄ multa amici diuite
non dantis ideo quia multa non debet pauper
amico accipito plaude ꝛc CAP. 22.

CHristo facto in agonia pro qui dabat
q̄ traderet eū ab eo cui⁹ pro angelus
confortabat. Ut pro voluntate sua voluit
pro sibi deesset. Ut pro si possibile est transeat ꝛc
Ut allegat q̄ quito maior instat tribula
vel periculosior agonia vt mitis amplectat tuto
debet ad deū fortiorem fieri exemplo. Ut pro
qui homo se videat multa tribulato. multo in
debet a deo simplicit pro tali tribulatione
amouet q̄ ipe sub quide debz diuā voluntate
anteponat ut sue corpis salutem suo q̄ nāli appe
titui debet dei placitū anteponi. D. Non mea
voluntas fiat q̄ tua. Debet enī supponi q̄ deus
melius sciat q̄ sit vtile hoi q̄ ipemet ipe. Ut
Preterea nouit celestis medicus quis nam sit
egrotus ut quod ei dicit ꝛc pena medicina est
Dic D. q̄ studeat q̄ studio et ut ignitus fugiat
deteriora mtia. Allegat q̄ sit quod nec ste
rilis q̄ p studiosā et p liberalitatē emittit
non debet sui⁹ sit ad diuites assidue q̄ deo sit
q̄ fluus ad pauperes derelinq̄t. Illud q̄ d⁹
D. iudeis ad se capiens vicentibꝫ si hō est

horā vita et prudentia tenebatur ut sibi
q̄ D. Ioh .x. Nondū venit hora mea et
Ut q̄ tamen misit ad manū q̄ nondū
venerat hora dicit Ista vi supponā q̄ chri
negotiū actibꝫ horis attribuit ut p̄ diuitis
horas aliena negotia vendit. et sic in
vbi ad optione astrologie p̄ pugnat
ad dimicandū de hō in m. ad prin. CAP. 23.

DOmini discipuli cultibus ciuitatis
adiunxit se dñi in sue pegrini
nauli ad eos tenebant ne eū
agnoscerent. Dato q̄ eis inpediē spūbus
finalis qui venerūt ad hospitium ad eos
cepit eis pena frige ipm cognouisse
et eū in fractione panis plenius recepe
rūt Dic vē in via huius vite. Et bom
simplicis sicut dñs. Et ostendit ipm in
q̄ sciam non cognoscat. qa ipi sp̄ q̄ simi
q̄ficēt ut veracius credat. finaliter in m.
hospicio q̄ dñs in vespe mutat qui pane
atne sanctaq̄ sibi tribuat ipe distribuat
ipm q̄ cognoscat et facie ad faciē dm
dig dignā intelligat q̄ ut vbi ea
videbuntur sicut dixit vobis Vel dic q̄ duo
discipuli sc̄i duo quid. gentiles et audei qui
dā in forma peregrini in cena sic humana
in itinere huius mundi p̄sentialiter videant
ipm q̄ fide cognoscā meruerūt. tande p̄ce
pta sue doctrine ipis distribuit ipm qui
nouerūt et fide eius q̄ aperta cor pauca
q̄ cognouerūt. Et dicit ad inuicē. Nonne
dis de p̄dicatione Et D. q̄ ecclesia ē mē. Dispo
sue p̄ q̄ sunt appauit si ad p̄ impos
ut studio mirarent. et se vide ipm opus
dat resurrexisse sicut ipe q̄ duo testificant
sm q̄ndā mtia et pedes palpando et vi
dendo aperiūt et p̄ce pisce assi et fauū
mellis q̄ ab ipis traditū manducauit. Dic
dic spūa. Ecclesie q̄ ille a mortuis resurrexit
a patre veracius agnoscit. q̄ se q̄ ostendit vidēs
ut q̄ corda tangendo voluntarie ad ipis
q̄ pisce assi et q̄ pas. et apparuit manducauit
et fauū etne subtrahit q̄ deus agnoscitur
ut p̄. Iustus ꝛ videtur qm sumus d̄ ipis
p̄. Explicit Lucas

Johannes

Capitulum secundum

Johannes evangelista quod postquam alios evangelistas fuisse cognovit ipse aliquid aliquibus supposuit de fratre et apostolo salvatoris quod alii amiserant. De isto igitur breviter aliqua pono et huic operi meo finem capitulo quibus finem imponam et adjungam. Ergo hic in capitulo secundo fit mentio quod Christus cum ad nuptias quod fuisset se in cana galilee cum matre sua fuisse vocatus et vinum defecisse quod audiens mater sibi dicit ut quod ad finem ut fratri miracula posset sponsa refundere respicit dominum. Vinum non habent. Christus vero post fugit dicere indisse videtur quod non est tempus nubies. Accepto assistente dicit et quod fratri sequitur sulcatum tyranni sex ydrias lapideas in loco potatas et finem purificationis ubere ordinatas ipsas aqua misit aquam mero vinum quidem archetricli et qui dicunt nuptiale gustasse mandavit. Cui ut gustasset aqua vinum fuisse sponsum vocans et ut prius melius vinum vestri fuisse bibunt dicit. Omnis homo bonum vinum ponit et ad inebriandum subinde quod deterius. Tu autem servasti vinum bonum usque hucusque.

Nuptie iste fuisse gaudium et exultatione mundane quod nuptie hominum in galilea ad ihesum christum fuisse dicunt et eos quod omne mundanum gaudium christum et ecclesiam accipit. Ideo istas nuptias vocant quod ex ipse ad mala. Inde illi quod mundi gaudia celebrant quod fuisse ad bona mundana ad aliquid contrarium et amaritudinem consolationis facta fuisse. Ihesus cum bona inducens fuisse mentis aliquid distinctione amaritudine designat.

Inveniatur puncta ad mala mundana quod quia ex ipso vinum ipsum consolationis defecisse nullum fuisse ad ibi magnum gaudium quale ubi ipsum consolatio fuisse vinum mistum non habet. Ubi consolationis semper ad ipsum venie de amore et de sudore et de aqua et de vino et de tristitia et de gaudio in nuptiis et exultationibus quod mundi. Ysa. xxiiii. Ut canticum non bibent vinum amarum cui potio bibentibus illis et vocato Dei ministri quod quinque mutabant substantiam

sectatoribus quod ydrias lapideas in corda sua duxerat mundata finem aque quod corpus ejus et quod finem fletibus et lacrimis nil pro laude et cum fructus dei de aqua ista vinum fuisse. Ut ipsum sibi amantem ipsum in dulcedinem ad consolacionis quibus aqua et vinum effecit quod puto lacrimas ipsorum in vinum quod lenificat cor ipsius et ad ipsum consolationis gaudium mutat. Et hoc qui luget quod ipsi consolabitur nullus et quamvis prandii nuptiarum mundi lacrimarum vinum fuisse consolacionis putavit animam mei pene aqua lacrimarum studeat depositi sed animam possidet. Quibus quod quamvis pene impensa gaudium aqua quidem in ydriis corda fuisse et ipsius gaudium verbi pleni fuisse. Unaquaque vinum ad ipsum consolationis in pastore vane fuisse. Ita sibi aliqui dicat finaliter illud solvet. Et veritate dicitur vinum in dulcedine ipsum pene. Ut de vinum dicit quod quamvis et nuptiarum ad quas vocatus ipse et duo discipuli sequitur fuisse pauperum ubi quod vinum ad ipsum consolacio super defuisse ydrie lapidee fuisse. Et fuisse mihi opus in quibus undis. Et dicit confitetur ipsi fideles quasdam et purificat. Debuisse ipsum defectus supplet et aqua bonum tempestuum in vinum consolacionis et gaudii et defectus pauperum et quidam quantum ut sic archetricli. Et dei ipsi mihi possit. Et quod verum ad ipsum et gustatus

